UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Epiphanius Epis. S. Paneratius M. S. Rictrudis. 12. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Epiphanius Epiſ. S. Pancratius M.
S. Rictrudis. 12 Mai.

Miſericordia.

Eſto diues in miſericordia, ſi ſemper vis eſſe diues gratia Chryſol.

Protege Dn̄e populum tuum, & B. Epiphanij Epiſ (S. Pancratij M. S Rictrudis) patrocinio confidentem, perpetua defenſione conſerua. Per D.N. Ieſum Chr. &c.

Ora pro Pauperibus, &c

1.S.Epiphanius Epiſ Cypri, Iudæus è Phœnicia natus, Chriſtianis ſacris acceſſit iuuenis. Eius ad baptiſma accedentis vultus radijs illuſtratus eſt. Eiuſdem demortui Corpus nudum cũ inſpicere vellet curioſus, calce à mortuo repulſus verecundiam didicit etiam à mortuis curari.

2.S.Pancratius M. Phryx gente, non ſero ſapuit, quippe 14. annos natus maluit vitam quam Chriſtum perdere, quo tempore Diocletianus Chriſti cultores perſequebatur totius imperij viribus religionem orco inuiſam exciſurus. Sed ille Pancratiaſten ſeſe exhibuit, cunctoſque etiam Deos vicit.

3 B.Rictrudis apud Vaſcones orta nobiliſſimo Adalbaldo Flandrenſi nupta eſt, ſed magis S. Amandi Epiſ magiſterio illuſtrata inter Diuos locum & nomen meruit, cum ex eius præſcripto vixit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN